

es fessis, in tantis adhuc periculis constitutis. Itaq; ora nobiscum, ut tua nobis salus aliquantulum temporis condonetur.

EPIST. CXCVIII.

Erat olim, quæ superius CXI. est, Erasmo sic transferente.

EPIST. CXCIX.

Epistola S. Augustini ad Ecdiciam, cur, nesciente viro suo, bona sua distribuerit.

Dominae religiosissima filia, Ecdicia, Augustinus in Domino salutem.

Meminit
Possid. in
Ind.

811.

1. ad Cor. 7.
33.

ibid. 6. 1.
& seq.

33. 9. 4e. Se-
cundum
Verba. 3.

Lectis literis Reverentiæ tuæ, & earum perlatores interrogato, quæ interroganda restabant, vehementer dolui, sic te voluisse agere cum marito, ut ædificium continentia, quod in eo jam construi cœperat, amissâ perseverantiâ in adulterii ruinam miserabiliter laberetur. Cum enim lugendus esset, si, post continentiam votam Deo, jamque actu ipso moribusque susceptam, reverteretur ad conjugis carnem; quanto magis nunc demersus in interitum profundiorum lugendus est, qui tam abruptâ dissolutione mœchatur, iratus tibi, perniciosus sibi; tanquam in te acerbius sæviat, si ipse pereat. Hoc autem tantum mali accidit, dum tu ejus animum non, quâ debuisti, moderatione tractasti: quia, etsi carnali consortio jam ex consensu vobis non miscebamini; in cæteris tamen rebus conjugali obsequio viro tuo mulier servare debuisti: præsertim cum ambo essetis membra corporis Christi. Et utique si maritum infidelem fidelis habuisses, agere te conversatione subditâ oportuit, ut eum Domino lucrareris; sicut Apostoli monuerunt. Omitto enim, quod ipsam continentiam, illo nondum volente, non secundum sanam doctrinam te suscepisse cognovi. Neque enim corporis tui debito fraudandus fuit, priusquam ad illud bonum, quod superat pudicitiam conjugalem, tuæ voluntati voluntas quoque ejus accederet; nisi fortè non legeras, nec audieras, vel non attenderas Apostolum dicentem: *Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat, & unaquæque suum virum habeat. Uxori vir debitum reddat: similiter autem & uxor viro. Uxor non habet potestatem corporis sui; sed vir: similiter autem & vir non habet potestatem corporis sui; sed mulier. Nolite fraudare invicem; nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum ad id ipsum estote, ne vos tentet Sathanas propter intemperantiam vestram.* Secundum hæc verba Apostolica, etiam si se ipse continere voluisset, & tu noluisses, debitum tibi reddere cogereretur, & illi Deus imputaret continentiam, si, non suæ, sed tuæ cedens infirmitati, ne in adulterii damnabile flagitium caderes, maritalem

lem tib
jectam
ne trah
rare c
propter
omitto
ta conf
tinenti
carnis
tur qu
Deo p
dere a
tiffim
conf
null
luiff
hab
for
Se
& ob
religi
quis
deff
to l
de
tuis
Dec
te po
culu
peres
epist
habe
petit
vos
res
ject
tior
dus
mov